



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Residentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

670 R E S I D E N T I A.

reuoauerit. cap. 27. num. 136. Quod habet locum tam in iis quae iniuste conceduntur quam in iis quae iuste, contra gentem vel ciuitatem, unde est clericus, vel Ecclesia.

Concedere represalias, pertinet ad Superiori concedentem; & extendere ad inferiori, cui conceditur.

Qui concedit eas contra bona vnius clerici, propter sibi debita, iudicans hoc conuenire, non incidit in censuram. Sed ob debita clerici vnius Episcopatus, non possunt concedi contra bona alterius clerici eiusdem Episcopatus. cap. 27. num. 136.

R E S I D E N T I A.

CIRCA residentiam statuit Trident. sequentia.

Episcopus veleo Superior sine iusta causa sex menses absens ab Episcopatu amittat quartam partem. Si alios sex menses, alteram quartam partem. Si ultra, denunciatur Pape. Beneficiarij cogantur residere si requiritur eorum presentia personalis. Privilegium in absentia percipiendi fructus nulli proficit, nisi de rationabili causa ab ordinario approbanda fuerit concessum: ex tunc pro illius absentia aliis ab

Episcopo

Episcopo substituatur, cum stipendio assignato
fructuum. Causa legitima absentia. Episcopi ap-
probetur à Papa, vel à metropolitano, vel ab
Episcopo antiquiori, à quo etiam Metropolita-
ni approbatur. Absentia ob bonum reipub. Epis-
copatus adiunctum licita est. Item absen-
tia, per duos aut tres menses, Episcopi, eius con-
scientia relinquitur. Ultra hos absens non re-
tinet bona conscientia fructus, nec debet fruire eis.
Quod etiam procedunt ad Beneficiarios curatos:
qui si luci è & cum licentia Episcopi absuerint,
provideatur pro eis alius Substitutus, cum de-
bita mercede. Licentia absentiae ultra bime-
stre nisi ex gravi causa & gratis non detur.
cap. 25. num. 121.

Parochus cum iusta causa potest abesse
etiam sine licentia scripta. Quodlibet be-
neficium etiam tenue exigit residentiam.
Et peccat mort. qui non residet in beneficio
sine iusta causa. Quinque causæ possunt ex-
culpare absentem. I. auditio Theologæ vel
iuris pontificij ad quinquennium, vel præ-
lectio vtriusque quamdiu durauerit. II. Ob-
sequium Episcopi, vel Ecclesiæ. III. Obse-
quium Papæ. IV. Legitima licentia. V. con-
suetudo honesta. cap. 25. num. 121.

Qui beneficiarius abest, curet ne benefi-
cium fraudetur obsequio: & qui sine licen-
tia, vel causa iusta non residet, peccat, & re-
netur.

672 R E S T I T U T I O I.

netur restituere secundum Trident. num.

Residentia Episcopi, & parochi est de ip-
re diuino. ibidem. post medium.

Capellani Regis non residentes gaudent
fructibus sicut Capellani Papæ, si habent
eadem priuilegia. Ibidem.

Maior absentia permittitur dignitatis
& Canonicis quam parochis. num. 136.

R E S T I T U T I O I.
in se.

R E S T I T U T I O est actus iustitiae am-
mutativa quo redditur alteri quod suum
est. Et est duplex: Formalis, quæ est reddere
alij quod suum est, vel iuste ei deberet: vi-
tualis, quæ est reddere alteri condonations
& satisfactionem. cap. 17. num. 6, & 11.

Restitutionis necessitas, & obligatio na-
citur ex violatione legum iustitiae vera &
specialis, quæ transgressio per se ordinatur
ad oblationem rei alienæ: non tamen oritur
ex transgressione charitatis, & aliarum vi-
tutum a tali iustitia distinctarum, quia per
se non ordinantur ad talem rei ablationem.
cap. 17. num. 11.

RESTIT